



Le. 103.

B. N.  
19.





DISSERTATIO MEDICA  
DE  
**GLANDVLARVM**  
IN  
PLVRIMIS VISCRIBVS ABSENTIA  
CONTRA  
ACTORVM BEROLINENSIVM  
AVTOREM  
VBI SIMVL ALIAE HYPOTHESES STAHLIANAE REFVTANTVR  
QVAM  
PRAESIDE  
**CHRISTIANO GODOFREDO  
STENTZELIO**

TORGAVIENSI  
ARTIS SALVTARIS ET PHILOSOPHIAE DOCTORE  
FACVLTATIS MEDICAE ASSESSORE ET CHIR-  
VRGIAE PROFESSORE PUBLICO

D. II. MAII CIC 10CC XXXI  
**IN AUDITORIO MEDICORVM**  
HORIS CONSVETIS  
P. P.

**IOANNES GODOFREDVS FRITSCHIVS**  
PIRNENS. MISN.

ART. SALVT. ET PHILOS. CVLTOR.

VITEMBERGÆ, STANNO SCHLOMACHIANO.

DISSESSATIO MEDICA  
IN  
GLANDULARVM  
PLARIM ASCERIBAS VRESENTIA  
ACTORVM BEROLINIENSIVM  
AUTORVM  
PARAGONE  
CHRISTIANO GODOFREDO  
STEINTZIO  
AN ANDRORIO MEDICORVM  
HORIS CONSERTIS  
JOANNES GODOFREDAS HISTORIAS  
ALIUS SEQUITUR ET HIC EST CAVATOR  
ALITEREGAL STANNO SCHISMATICO



DISSERTATIO MEDICA  
DE  
GLANDVLARVM IN PLVRIMIS  
VISCRIBVS ABSENTIA.

I.

**D**iscerunt in describenda viscerum substantia ueteres, ac diffensum nouis, iisque discrepantibus opinionibus in medium productis continuarunt recentiores; ex carne laxiore, quam παθηχυμα uocant, eadem constare, cum CASPARO HOFFMANNO affirmant alii, ali ex fibris, inter quas sanguis concretus atque in solidam substantiam transmutatus haereat, haec efformari cum HIGMORO docent; substantiam glandulosam et uasculosam cum MALFIGHIO, NUCKIO, STENONE, BINLOO et VÉRHEYNIO visceribus tribuant multi, multi eadem mere uasculosa esse, et ex uarii canibus et tubulis generis componi, cum RUVSCHIO et HERISTERO assertur et probant. Explosae iam dudum et proscriptae HIGMORI et HOFFMANNI opiniones, non diuersa rei essentia, sed uario saltem uerborum lusu dissidentes, duo uero posteriora dogmata a recentioribus adhuc acriter defenduntur. Utrisque sententiae fautores, ad *auto* / *anatomicam* prouocant, ad neutra illorum pars a rationibus imparata existit. Ad eam hinc persuasionem haud pauci delati fuerunt, quod huic con-

A trouersiae

controversiae cardo in meritis confusat uerbis, eorumque abusu, unde ad hanc litem dirimendam, ut non argumenta tantum huius dissensus, et terminos technicos, sed autorum etiam, qui his usi fuerunt, sensum et mentem exactius perquiramus, examinemos atque inspiciamus, monent et suadent. Si dicendum, quod ueritas et praesentis natura rei efflagitat, uera falsis mixta in dicto asserto latere, haud diffitendum; alia enim ab his, alia ab illis glandulae datur definitio, ac in uario dictum uocabulum sensu usurpatur, imo varia glandulae distinguuntur ratione. Merito ita in usu abususque uerborum huius controversiae causa simul quaerenda, uerum non ab his solum eadem arcessenda, sed in ipsa etiam re haud leues errores committuntur. Cum uero de his nichil certi exponi et determinari queat prius, quam genuina glandularum significatione et definitione ex ipsis fontibus eruta et demonstrata, de iis ante omnia perficiendis maxime solliciti erimus.

## IL

**G**landulae, quas HIPPOCRATÉS, GALENVS, ERASISTRATVS aliquae Medici antiqui ἀδένας appellabant, non eum priscis temporibus, quem iam habent, obtinebant sensum: illis enim glandula sive ἀδένα corpus carni simile, fungosum et laxum dicebatur, Κύτοις, ait autor libri de glandulis, sive HIPPOCRATES fuerit, sive POLYBIUS, ἀρτεόνοις ἐσὶ σποργώδες ἀπαιοὶ μὲν καὶ πλοες. Latet me exinde penitus ratio, qua permotus GALENVS hic laxitati substitut siccitatem, sequentibus usus: ἀδένης ἐσὶ συρροή τις ξηρὰ καὶ σαρκωδης. Multum differt ab his, quam recentiores dant, glandulae descriptio, apud quos, docente idem BRUNNE, (a), eadem, parenchyma spermaticum, molle, friabile, spongiosum, una communis membrana uniuersim, et frequenter pluribus priuatis frustulatis coagmentatis inclusum, e materia spermatica fabricatum, uasis omnis generis stipatum, partim depurationi, partim secretioni, partim etiam elaborationi inserviens appellatur. Alii contra cum WARTHONO atque ILLERO

(a) Castelli Lexico Med. pag. 365.

IN PLVRIMIS VISCRIBVS ABSENTIA.

MERO & WARTENBERG, glandulas nihil aliud esse perhibent, quam nervorum, arteriarum, uenarum, lymphae ductuum, aliorumque vasorum nodi, infar complicatorum, congeries, propria succinctas membrana. Alii cum JOANNE A CONO, Anglo, glandulas organa emunctoria, per quae variis succi, praesertim excrements, fecerni possint, dicunt. Ab his iterum aliena est mens BERNARDI CONOR (b), qui in ea uersatur persuasione, quod glandulae nihil aliud sint, quam membranulae cauae, foraminulis pertusae, arteria, uena, nero et vase excretorio instructae.

III.

Quis ex allegatis non animaduertit, magnam, quae in definienda atque enodanda glandulae natura, commissa fuit, atque adhuc hodie committitur, confusionem? Nec credas, eadem sufficere, et hoc modo rem iam esse expeditam, plures tricas et lites inanæ in harum partium distinctione, distinctarum descriptione, descriptarum explicacione, deprehendes. Quale emolumentum ex illa in adævac, seu glandulas, et *ta adævac*, seu corpora glandulosæ, qua, teste GALENO (c), ueteres usi fuerunt, divisione, putas expectandum? Ad quid prodest, glandulas in perpetuis atque aduentitis distinguere, cum nullæ reperiantur, praeter eas, quas perpetuas vocant? Manifestus quoque est error ex Arabum Medicorum schola projectus, quando glandulae aliae naturales, aliae praeternaturales statuuntur, nomen, quod sanis faltem competit partibus, simul tribuendo morbis, quales sunt steatomata, atheromata, melicerides et quaevis excrecentiae rotundæ. Subtilitas quoque Herophilæae soboles est distinctio, quam a specialiore functione delimus WARTHONVS suppeditat, alias glandulas, afferens, induitui conseruationi, alias speciei propagationi, inferire. Littere silentio transeo glandularum, quod a consistentia, colore, figura, usu, situ et magnitudine, discriminem desumitur. Ac-

A 2

quiescere

(b) Epist. de Secret. Animal. pag. 7.

(c) Lib. XIV. Metr. med. cap. 11.

quiescere utique possumus glandularum in conglobatas, seu simplices, et conglomeratas, seu compositas, distinctione, recentioribus maxime usitata. Hic autem merito optandum, ut, quemadmodum plurimi allegatam glandularum diuisionem, diuisionisque numerum unanimi approbant consensu, ita eundem quoque, eumque distinctum in illis describendis conceptum habent et peraque conuenienter; at enim uero in nulla re maior alteratio, quam in hac occurrit; his illa, illis haec arredit opinio. Multi HOFFMANNVM (*d*) sequuntur, glandulas conglomeratas per uasorum minutissimorum implicatum nenum, neruis et carneis subtilissimis fibris varie contortis instrutum, ac membrana inuestitum, describentem, qui tanen eodem ferme loco, (*e*) conglomeratas, aceruum minutissimarum glandularum communi tunica succinctarum, quarum singulæ ductum excretorium in maiorem canalem et deinceps in certum receptaculum abeuntem emittunt, appellat. Cum uero glandulae conglomeratae etiam compositae ex eo fundamento dicantur, quia e pluribus minoribus glandulis, uti pancreatis exemplo demonstrari potest, constant, hinc priore definitione, quae quippe uisceribus magis competit, repudiata, posteriorum, glandulis conglomeratis propriam, retinendam iudico. Has glandulas, quae conglomeratae vocantur, ex conglobatis, seu simplicibus, componi, hac ratione in apricum deducitur, quas uti scribit HEISTERVS, unicum corpus sphaeroideum, distinctum, suaque membranula inclusum, constituit; uel quae, uti fert HOFFMANNI sententia, ex meris fibrillis inter se varie contextis, non autem uaculis, uti conglomeratae, constant. Sed meras hic adesse fibras, et uasa sanguifera aliquosque canales penitus desiderari, ab *avro* *vl* anatomica omnia alienum est, cum et in iisdem propagines arteriosae et uenosae, limphae ductus ac nerui reperiantur, uti ex illarum glandularum inspectione liquet, quae in mesenterio, collo atque inguinalibus reperiuntur,

et

(*d*) Fundamentis Medicinae anno 1703. Halae editis cap. 4. thes. 16.

(*e*) Lib. et cap. cit. thes. 10. pag. 17. et 18.

et quae uasis lymphaticis interiectae, seri aducti attenuationi et resolutioni inseruiunt, in quibus praeter uasa sanguifera et nervos, exilem cavitatem inuenimus, uti ex STENON<sup>E</sup> sequentibus REGNERVS de GRAAF (f) in Tractatu de succi pancreatice natura atque uisu docet, exterius enim, inquit ille, globofæ, interius, non pelui quadam cauatae sunt, separationem tamen rite, si aggressus fueris, inter protuberantia undique labra, rimam inuenies, qua egrediuntur una cum membrana quaedam uasis lymphatici reuehentes radices. Ad discrimen autem, quod inter glandulas conglomeratas et conglobatas intercedit, eo melius perspicuum, multi cum ETIMVLLERO (g) inter fructum mori et glandulas comparationem insituunt, asserentes, illum, quem modo commemorauit, fructum, confidetur, quatenus ex pluribus bacis, acinis potius, compositus est, similem esse glandulis conglomeratis, acinos autem separatos exhibere figuram atque essentiam conglobatarum.

**E**x illis autem, quas antecedenti capite adduximus, opinionibus, perspicuit, glandulas conglobatas, esse folliculos e fibris musculosis compositos, omnis generis uasis instructos, et fuceorum adductorum attenuationi destinatos; per glandulas autem conglomeratas nonnulli conglobatarum congeries, multi intelligunt, a quibus alii dissentientes perhibent, quod eadem sint membranosi folliculi, qui tanquam basis fulcendi saltem uasis sanguineis et inde egredientibus tubulis excretoriis seruant, et parte una collectos gerunt capillares arteriarum ramulos, ante, quam in uenas replicentur, in cincinnos ueluti inflexos, atque intestinorum more magis uel minus plicatos, parte uero altera ab his orientes poros et tubulos, quorum plures per rumpque confluent et maiores ductus excretorios constituant, emittunt, et omni sua fabrica feminum instar milii, uel acinu-

A 3

lorum,

(f) cap. 4, in Mangeti Bibliothec. Anat. Tom. I. Part. I. pag. 188.

(g) Oper. Med. Tom. I. Inst. cap. 15 pag. 125.

lorum, per cutim ac membranas alias diffusim, et uel foliariè hinc inde dispersi, uel in peculiaria variae figuræ et magnitudinis organa glomerati variis nominibus insigniuntur.

## V.

**P**raeter glandulas congregatas et conglomeratas, alii adhuc peculiares statuant, quas merito spurias appellat Rvyschrvs, et quae ex glandularum catalogo penitus delenda, cum tam struetura, quam officio ab illis differant; tales cum primis sunt, quas in uentriculo primum demonstrasse WILLISIVM, dicunt, et quas intestinis attribuunt PECHLINVS et PEYERVS, quorum uterque harum glandularum inuentionis gloriam sibi vindicat, alter tamen alterum modestia uincit, cum PEYERVS, vir utique candidus, se illustratorem duntaxat nominarit; sed de lana caprina ambo certant, cum enim, eae partes, quas illi male pro glandulis habent, propriis, quos in utroque glandularum genere inuenimus, folliculis destituantur, et nihil aliud sint, quam tormentosa arteriarum extremitates, ultra replicatos et reuechentes, quos iuens dicunt, ductus, productae et aliquantum eleuatae, et ob succorum, qui continuo hic feceruntur, praefentiam, turgidae, ac pulposorum instar apicum prominentes, satis superque constat, eosdem male de glandulis in intestinis detectis, quibus eadem omnino carent, gloriatos fuisse. Cum praeferunt antiquissimi autores, HIPPOCRATES (*b*), GALENVS (*i*), CAESAR ARANTIVS (*k*), et CAR. STEPHANVS (*l*), iam dudum ante WILLISIVM, PECHLINVM et PEYERVM natos, harum partium mentionem iniicerint; ita de glandulis uentriculi, quas a WILLISIO primum detectas fuisse, multi commemorant, GALENVS loquitur: ἐν γαστρὶ καὶ τῷ τε σωματος ἐγενερωτά ἀδέες νύχαινοι, καὶ τὸν Φάρενγα, καὶ τὸν σοματον. Statuisse quoque HIPPOCRATEM glandulas, quas intestinis tribuunt recentiores,

(*b*) Pallad. ad l. 6. Epidem. pag. 166.

(*i*) de Semine lib. 2. cap. 6.

(*k*) uid. Ulysses Aldrovandus Ornithol. lib. 13. cap. 12. p. 41.

(*l*) Dissect. Part. Corp. Hum. lib. 2. cap. 8.

IN PLVRIMIS VISCRIBVS ABSENTIA

sequentia illius uerba demonstrant: *αι δὲ αἰδένες μειζόνες, ἥποι  
ἄλλοι τὰ σώματος, καὶ νευρῶνται αἱ αἰδένες, εἰν τοῖσιν ἐντέροισιν, ἐν  
πιεζόμεναι τὸν πλάδον*, et alio loco his utitur: *ταὶ δὲ οὐλαὶ  
αἰδένας ἔχει μούνον, ὃν ἔτερα.* Vides ita, nihil noui protulisse  
PECHLINUM ceterosque autores, sed obsoletam antiquorum  
Medicorum opinionem ab illis denuo fuisse in lucem protractam.  
Et hoc quoque laude omnino dignum esset, si modo apices ar-  
teriosi non confunderentur cum glandulis, et status, qui praeter  
naturam est, pro naturali non haberetur. Agnouit idem iam  
suo tempore CAROLVS STEPHANVS, (m) in crassiorum, dicens,  
intestinorum internis partibus nonnunquam reperitur nescio quid  
glandulis simile, praecipue in colo intestino et extremo recti,  
sed id praeter naturam est.

VI

**A**tque istiusmodi fabrica omnibus extremis arteriarum proportionibus communis existit, et tales, quos modo delineauimus, apices arteriosi, in omnibus uisceribus, imo in extrema totius corporis ac quarumuis partium superficie disseminati inueniuntur, iisque praecipuum secretionis animalis organum in humana machina constituant. Quis autem a sola figura rotundata, quam tomentosae arteriarum extremitates obtinent, atque a negotio secretionis, quod dictarum partium adiumento perficitur, ad glandularum praefentiam concludet? Cum enim nomen glandulae a ueteribus nobis sit communicatum, illique per eandem nunquam eminentem extremae arteriae apicem intellexerint, nec haec **MALPIGII**, **UVCKII**, **STENONIS** et aliorum recentiorum mens atque opinio sit, sed iidem talia, qualia antecedentibus capitibus iam descripta, corpora, ea appellatione insigniant et comprehendant, hinc manifeste constat, uiscera plurima, cerebrum, pulmones, pericardium, cor, hepar, oesophagum, uentriculum, intestina, lienem, renes, uterum, uris glandulis desitui, atque eadem meram uarii usorum et tubulorum diuersis functionibus destinatorum generis esse congeriem. §. VII.

(\*) Difsect, Part. corp. hum. Lib. I. cap. 85.

## VII.

**S**i omnia argumenta, quibus glandularum fautores, ad habendum et confirmandam eorum sententiam, utantur, accurate ac circumspecte examinamus, clarius adhuc nostrae opinonis ueritas et certitudo apparebit. Glandularum in uisceribus praesentiam **GOLIUS** coco abireptus impetu peruerso que autoritatis praeiudicio occupatus acriter defendit, at, uti ex uerbis, quae Actorum Berolinensium Decade secunda, volumine nono, a pagina sexagésima secunda ad quartam, annotata leguntur, constat, loco argumentorum ratione atque experientia suffulorum, nonnisi tricæ et nugaeaniles inueniuntur, in quem, si uere loquendum est, **CLEOBVRLI** illud uetus conuenit: *αρσία τὸ πλέον μέρος, λόγων τε πλάθθος*: inficta in plerisque et sermonum multitudine. Sibi certe suisque rebus melius prospexit et constulisset, si iis, quae apud **MALPIGHIVM** aliosque glandularum fautores, prostant, rationibus uulsi, suam opinionem defendere allaborasset. Praecipua uero momenta, quibus idem glandularum in hepate, cerebro, remibus, aliisque uisceribus praesentiam demonstrare fatagunt, tum a figura rotunda, tum a substantiae laxitate, uel a ualorum omnis generis inter se complicitate et quasi conuolutorum congenie, uel a secretionis animalis necessitate, aut a praeiudicio autoritatis, sunt defumta. Quis autem sana prædictus ratione tam stupidus in apprehendendo, ac tam præcepis in iudicando erit, ut ex figura rotunda glandularum praesentiam demonstrare auderet; hac enim ratione multæ partes, tecticuli scilicet, ouula et oculi, ad glandularum catalogum essent referenda, et multæ glandulae, uerbi gratia pancreas, ex earum numero excludenda, si ratio, quam a globosa figura nonnulli defumunt, sufficeret. Ac fane ualopere illum laudauerim, qui in naturali pulmonum, pericardii atque aliarum partium statu, huiusmodi corpora sphaeroidea mihi ostendit; at enim uero, si aliquis ad historias cadaverum, et uiscerum variis morbis deturpatorum constitutionem prouocat, nihil aliud certe hoc modo obtinebit et probabit, quam, quod naturalis organi dispositio

dispositio penitus immutata, atque apices arteriarum tomentosi, ui morbi, et succorum corruptorum stagnatione atque accumulatione difflent et dilatati ueras glandulas mentiantur. Deberet omnino, si ad uiscera, variamque et iam maiorem, iam minorem eorum molem respicimus, proportio inter eadem et glandulas, quae illis tribuuntur, adesse; cum autem uiscerum maximum sit hepar, maiores quoque et magis conspicuae glandulae hic deberent adesse, praesertim, si iecur a grandioribus animalibus, equis, bovis et priis desumptum dissecatur, succis injectis repletur, et examini anatomico sistitur. Docet uero *avicularia* anatomica, et quiuis, tum nudis, tum microscopio armatis oculis uidet atque animaduertit, desiderari omnino omnes, quas alii hic sibi fingunt, glandulas, qui hepatis substantiam, inquit Cl. HESTERVS, (n) glandulosam esse dixerunt, ex eo potissimum fundamento hoc affirmarunt, quia varii in subiectis morbosis hydrope praesertim aut atrophia defunctis, corpuscula sphaeroidea saepe quamplurima in eo obseruerunt. Verum, quia haec in corporibus sanis non ita reperiuntur, haec corpuscula potius pro tuberculis, morbosis sunt habenda, sicuti supra iam docuimus. Nam, etiam si hepar maximus bouis uel ei qui sumatur, in quibus omnes hepatis partes ualde magnae existunt, tamen in eis nulla peculiaria distincta corpuscula, sanguinali membranulis inclusa, conspicuentur. At si in morbosis cadaueribus ad tubercula illa rite attendatur, haud adeo difficulter cognosci potest, tubercula illa esse producta morbos a et tota praeter naturam.

**D**ebilior adhuc et minus fundata est eorum ratio concludendi, qui glandularum in uisceribus praefentiam ex praefentis substantiae laxitate demonstrare uolunt, afferentes, easdem nihil aliud esse, quam carnem laxam, mollem, fungosam et spongiosam. At enim uero, quem latet, multas glandulas maxime

(n) in not. ad Compend. Anat. pag. 292. de laetabat. (o)

compactas, solidas et firmas esse? Cui ignotum, pulmones, lichenem, cerebrum, aliaque viscera molliora, et tali, quae modo delineata, structura et dispositione praedita, nec glandulas esse, nec glandulis gaudere? Omnibus praeterea Medicinae tyronibus, qui primis saltem, ut aint, labris, prima Anatomiae fundamenta delibarunt, perspectum cognitionque, cordis, hepatis, renum aliorumque visceraum substantiam maxime solidam esse, eademque corporibus itiusmodi molibus et laxis, quae glandulas dicunt, omnino destitutis, quibus tamen eadem a multis peraeque tribuantur. Nam uerba sexti capituli fine annotata dilucide probant, allegata viscera ex diuersi canalibus generis componi, non autem viscera saltem, sed aliae partes, alia organa, ipsaeque glandulae ex arteriis, uenis, nervis, limphae ductibus et aliis tubulis sunt contextae atque efformatae. Quis uero, his ita constitutis, affirmabit; ubi vasorum variorum congeries, ibi glandula; qui uis certe, ille etiam, qui rei medicare penitus expers est, si modo sanam habet rationem, et recto uitetur iudicio, uidet et perspicit, quod hac methodo genus cum specie confundatur, nulla enim pars solida, excepta fibra simplicissima, nullum vas, nullum organum, nullum viscus, in tota machina, quoconque ueiat nomine, occurrit, quod ex uasis diuersis non compositum sit. Nonne uena, arteria, uas lymphaticum, aliaque plura ex variis lamellis membranaceis sunt constructa? nonne membranae illae ex diuersis iterum filulis et tubulis sunt coagmentatae? summe dehinc necessarium, ut ad euscenam glandularum in visceraibus praesentiam, non modo varia minora corpora ex vasorum congerie conflata demonstremus, sed peculiarem quoque, qui glandulis competit et tribuitur, habitum externum et fabricam ob oculos ponamus; illae enim, uti NICKVS (e) perhibet, ex duabus membranis sunt composite, quarum exterior admodum tenuis, altera uero, eaque interior robustior et solidior exsistit, reliqua, quae remotas has membranas, substantia, sequitur, tota quanta fibrofa est; et cum hae fibrae, super quas exiles rami

(e) Adenograph. pag. 27.

rami arteriosi, uenosi et neruosi excurrunt, varijs modis se intersecent, Nvckivs has glandulas mucosas appellavit, quae meliore rei conuentia ueliculofae essent dicendae, quia, uti demonstrauit MALPIGHIVS, inter fibras modo descriptas, ueliculae exiles et pellucidae inueniuntur. En Domine Gohli differentiam, quae inter glandulas et tomentolas arteriarum extremitates intercedit, cum existimes, (p) nil nisi nouum nomen a RYSCHO esse adductum, coque istum allaborasse, ueterum de glandulis dogma abolere.

**M**aius pondus in eorum argumento uidetur lateſe, qui ad secretionis animalis negotium, et necessariam huic defi-  
nitorum organorum, glandularum nempe, in visceribus praesentiam configuiunt; separari enim in cerebro liquorē neruōsum, in pulmōibus ſerūm unctuosum, in pericardio peculia-  
rem aquām, in hepate bilem, in renibus lotiūm, in testiculis ſemen; in utero eiusque uagina ſanguinem menstruum, hoc autem, non niſi accommodatis organis, glandulis ſcilicet, perfici posse, ſtatuant. Cum itaque allegatorum ſecretio humorū in dictis visceribus, uti unanimi Autorum Medicorum conſenſu conſtat, perficiatur, necessariam dehinc glandularum in visceribus praesentiam demonſtrare nulli uerentur. Ut uero ta-  
ceam, me iam dictae obiectioni, in fine diſſertationis epiftolicae ad Gohlium datae, quae Anthropologiae ad Pathologiam applicatae praefixa eſt, abunde respondiſſe, ita hoc faltem hic re-  
petere fas atque aequum iudico, male hic glandulas ad per-  
ficiendum ſecretions negotium ſupponi et diſiderari, cum ipſae glandulae, ſi addeſſent, hor nonniſi accommodatis uafis perage-  
re poſſent. Concedamus aduersariis, melioris demonstrationis ergo, addeſſe glandulas, at enim uero, qua ratione eaedem ſuc-  
cos a ſe inuicem poſſunt fecernere? animam rationalem, hoc perficere, aīs; uerum cur anima tam absurdā et tam irrationa-  
lis

(p) Act. Berol. Dec. 2. Vol. 9. p. 64.

lis saepissime est, et per commemorata organa, impuritates, quae omnis generis morbos inducunt, tempestive a laudabili-  
um succorum consortio, non fecerit atque excernit? cur eadem  
in diabete serum nutritium profundit, exhaustit et totius corpo-  
ris tabem inducit? cur in *lorygela* uias urinæ secretioni atque ex-  
cretioni destinatas occludit, et serum acre corpori noxiūm reti-  
net? O egregium principium hypostaticum! a quo Tu Domine  
Gohli, Actis Berolinensibus Decade secunda, uolumine nono, pa-  
gina quadragesima octaua, secretiones deducis. En terror, inquis,  
immutat, cohobet et peruerit secretiones! terror, animi affectus;  
quid inde probas? nihil aliud, quam fabricam corporis succo-  
rumque motum, per mentis pathemata, ob intimam illius cum  
machina humana commercium, fuisse immutatum, et dehinc uel  
suppressam, aut depravatam, uel auctam secretionem. Eo enim  
iure dicere possum, mentis actiones a machina dependere, et cor-  
pus esse animas directorem, cum, liene, hepate, pancreate, me-  
fenterio, utero, aliisque abdominis uisceribus obstructis, aut alio mor-  
bo affectis, melancholiā et maniam, quam hypochondriacam  
et hysteriacam dicimus, excitari, nec illa mentis mala prūs abi-  
re, quam huius morbi origine, quae in mala succorum et organo-  
rum constitutione haeret, ablata, quotidie obseruemus. Sed  
relinquamus siquia haec somnia, atque uniuersale hoc ignoran-  
tiae Stahlianae asylum illis, quorum summus thefaurus in summa  
insitia est repositus. Si igitur in glandulis sit secreto, eadem  
nonnisi accommodatis vasorum in illis dispositorum poris tali  
materia iam imbutis perfici potest; adeoque glandulae succos  
iam secretos accipiunt, motuque suo, uti Perilluntris DE BERGER  
(q), aeternum suspicendus Academiae nostrae Senior, dilucide  
demonstrat, ulterius diuidunt; non igitur glandulae, sed to-  
mentosae arteriarum extremitates, tum in glandulis, tum in ui-  
sceribus, tum in membranis aliisque partibus dispositae, secre-  
tionis organum constituant, alias certe peculiaria organa cribri-  
formia, qualia statuebat KERRINGIVS, glandulis attribuenda,  
uel

(q) Physiol. Med. cap. 6. pag. 116. 1700. 17A (q)

uel certa iisdem affingenda fermenta; sanguinem enim, prout in arteriis uenisque uechitur, glandulis immediate infundi, et ab illis uariae succos indolis et dispositionis separari aut praeparari, anatomicum glandularum examen atque autopisia dissuadet et reprobat. Totum itaque secretionis negotium a discrepante porrorum, quibus tormentosi arteriarum apices gaudent, diametro, et particularum segregandarum, ob figurae et superficie similitudinem magis cohaerentium successione arcessendum. Ne vero in hepate urina, in renibus bilis, in cerebro lac, in mammis semen separatur, peculiari artificio mechanico a summo opifice prospectum; aliter enim se habent extremitates arteriosae in renibus, alia est earum fabrica in hepate. Ita, ut per eleganter demonstrat RUVSCHIUS, (r) uasa conica a portae uena progredientia, et per totam hepatis substantiam distributa in tenuissimos fasciculos, seu penicillos abeunt; in renibus e contra arteriae emulgentes per arcus tenuissimos, uisum fuentes, et non nisi oculo microscopiis armato conspicuus decurrent, atque in glomeres contorquentur. In cerebro arteriae carotides in congeriem uasculorum tormenti instar minutorum et mollissimorum, minima ui evanescentium explicantur et resoluuntur. Arteriae spermaticae testiculis humanis inseratae, in subtilissimos eosque inumeros ramulos, et dehinc in capillamenta tenuissima distributae definunt. Alter modo fines arteriarum in liene, quam pulmonibus, alter in pulmonibus, quam corde sunt fornati et dispositi. Quis vero, his *anatomia* euictis et demonstratis, non creder, negotium secretionis maxime simplex esse, atque ad idem, nec animae rationalis directionem esse necessariam, nec Archaeum, nec glandulas, et fermenta in subsidium esse uocanda.

**N**odus, qui a glandularum fautoribus ad soluendum proponitur, et Gordio expeditu ab iisdem difficilior habetur, iam quoque

B 3

1.552 (r) Thesaur. Anat. p. 30. 31. Thes. 1. Tab. 4. f. 3. Thes. 2. p. 38. Thesaur. 4. Tab. 1. Thes. 10. p. 19. item pag. 35. et 38.

quoque extricandus vel discindendus est. Multi Medici celeberrimi, affirmant aduersarii nostri, MALPIGHIVS, STENO, BLANCARDVS, BIDLO, BARTHOLINVS, BOHNIVS, NVCKIVS, VERHEYENIVS glandularum in uisceribus praesentiam non statuerunt modo, sed nudis etiam oculis uiderunt, earumque necessitatem plurimis argumentis demonstrarunt. Allegatos Autores glandularum in uisceribus praesentiam ex necessitate affuerisse, immo acriter defendisse, eorum scripta abunde docent; ast easdem in statu naturali ab illis uislas aliquis iterum demonstratas fuisse, nullus unquam perhibuit, nec cum ueritatis suffragio affirmare potuit; et contra in praeternaturali partium constitutione, aut naturali uisceris dispositione per coctionem immutata, corpora rotunda glandulis similia apparuisse, atque adhuc hodie in multis cadaueribus chronico morbo defunctis inueniri, res est notissima. Quis uero acquiecat arguento, quod a statu praeternaturali defumtum ad naturalis dispositionis demonstrationem afferatur? Reliqua omnia argumenta, quibus, glandulas in uisceribus adesse, immo earum praesentiam esse necessariam, euincere uolunt, eadem sunt, quibus in antecedentibus capitibus iam responsum, et ut iudico, satisfactum. Et ne aliquis putet, opinionem de structura uiscerum glandulosarum, nouum MALPIGHII aliorumque recentiorum, uti communis fert persuasio esse inuentum, HIPPOCRATIS scripta docent, qui non modo intestinis, uti iam capite quinto indicatum, sed cerebro etiam et renibus glandulas tribuit, s) ita de capite et cerebro loquens: οὐ φαλλή τὰς ἀδένας ἔχει, τὸν ἐγκέφαλον ἕπειν ἀδέν. Eodem loco in renum descriptione occupatus haec de illis protulit: ἔχουσι δὲ καὶ οἱ νεφροὶ ἀδένας, καὶ γαστὶς κορώνης πολὺς υγρασίης. Quis uero, cui ueritatis studium curae cordique, tantum HIPPOCRATIS testimonio eiusque autoritati tribuet, ut glandulis, quas uisceribus Diuus Crous adscribit, nunquam uislas, earum praesentiam nihil fecius certam, immo

(s) libr. de glandulis, confer, de hac re Sponius Aphor. novis Sect. I.  
§. 28, et 29. p. 20, et 21.

mo necessariam esse, statuat. Nam hic discrepans mihi est a SOCRATE animus, qui, cum obscurredum HERACLETI librum legisset, pronunciabat: ἀ μὲν συνῆσαι, γενεῖσαι, ὄμηρος δέ, καὶ ἡ μη συνῆσαι: quae intellexi, proba sunt, credo et quae non intellecti. Haec enim res, de qua in praefenti lis mouetur, oculari inspectione innititur, et per *autopsiam* et demonstrationem anatomicae dirimenda; cum uero eadem contrarium doceat, minime hic cum Hippocrate aliisque glandularum fautoribus sentiendum: οὐδὲ πόδες, οὐδὲ πάγης: en, Domine GOHLI, hic rhodus, hic salta ad haec responde, uti iam antecedenti scripto abs Te desiderauit atque expectauit, nec amplius, uti allegato loco fecisti, glandulas conglobatas, conglomeratas et apices arteriarum tomentosos confundendo, statum controversiae peruertere.

## XI.

Nam quo minus in falsa, qua delusus fuisti, persuasione, persicas, perpende, quefo, Domine GOHLI, ea, quae glandularum, tam conglobatarum, quam conglomeratarum et demum apicum arteriorum essentiam constituentur. Haec antecedentibus capitibus, tertio, quarto, quinto, sexto, octavo et nono adducta et demonstrata inueniuntur, ex illis, Domine GOHLI, si eadem cum attentione legis atque intelligis, dilucide perspicies, quod non, uti perhibes, (1) glandularum conglobatarum et conglomeratarum fabrica et ratio formalis atque essentialis in solis uasculorum extremorum tomentis consistat, sed maximum inter utraque adlit discriben. Cur enim conglobatae simplices, et conglomeratae compoita dicuntur? Nihil praeterea per exempla a thymo et testiculo desumpta obtines aut euincis; thymum, ais, esse glandulam, concedit et assertit R VYSCHIVS; quid inde? si glandula est, pergis, determinandum, an conglobata, uel conglomerata? ad conglomeratas uulgo ubique referri affirmas, eum tamen thymus uasorum, non glandularum minorum

et

(1) Dec. 2, Act. Eccl. Vol. 9, p. 62, 63, et 74.

et simplicium sit congeries, sed quae et qualis est haec methodus concludendi, quia thymus a veteribus fuit appellata glandula conglomerata, et quidem *xaraxesin*, quia idem nomen tribuit thymo Rvyschivs, ergo glandulae conglobatae et conglomeratae unum idemque sunt, et eadem gaudent fabrica, ergo hepar, lien, aliaque visceria non glandulis modo sunt instruta, sed conglomeratarum etiam glandularum titulo insignienda? Similiter res habet cum testiculis, de quibus, quod iidem uerae sint glandulae conglobatae, et ab omnibus ac singulis et a meipso pro iisdem habeantur. Tu, Domine Gohlvs, cum ignorantie haud leui rei anatomicae et uerae testicularum fabricae affirmas; si legisses REGERVVM de GRAAF (*u*) et FRANCVM de FRANCENAY, (*x*) si detectam ab illis genuinam testium structuram examinassem, aliter forte sensisses et scripisses. Nec in thesibus, quas ex Anthropologia mea adducis, Tuo errori, uti putas, patrocinium est constitutum, cum uero praesertim ad thesin decimam quartam, capite uigesimo primo annotatam prouoces, accariorum illius indagatio instituenda, ibi autem sequentia leguntur uerba: desideramus hinc quoque glandulas, quas GALENVS, THEOPHILVS, AEGINETA, CELSVS, MUNDINVS, VESALIVS, RIOLANVS, BARTHOLINVS, LAURENTIVS, HIGMORVS, FALLOPIVS, WARTHONVS, PÉYERVS, HARDERVS, testiculis attribuunt. Sin uero cuidam placet, glandulam appellare, partem sphaeroïdicam, uasculosam et membranosam, haud refuso, totum testem glandulam vocare, negans dictae parti adscriptarum glandularum praesentiam. Ex his, quae modo allegauit, uerbis, Gohlvs demonstrare gestit, me testem pro uera glandula conglobata habere; uerum enim uero, hic minime glandulae definitionem, uti Gohlvs perhibet, dedi, sed inferui saltem, quod testis in gratiam eorum, qui per glandulas corpora rotunda et uasculosa intelligunt, glandula eaque spuria poslit appellari; nam allegata thesis cum antecedentibus et se-

(u) lib. de Organ. Genital. cap. II . p. 174.

(z) Satyr. Med. §. theol. 2, p. 84, 85, cf. 86.

quentibus collata perspicue demonstrat, quod testiculi sint congeries subtilissimorum tubulorum nervosorum in glomum quasi conuolutorum, et haec de causa ex catalogo uerarum glandularum excludendi, quanquam abusue, ex quorundam mente, glandulae dici queant.

## XII.

**A**c si etiam ea omnia, quae proposuisti, essent certissima, si quoque testiculi genuinae essent glandulae, his tamen uerarum glandularum in visceribus praesentiam nunquam demonstrabis. Talia corpora non modo visceribus tribuit, sed eadem etiam, ac si uidisset, iconibus BIDLOVS in magno suo opere anatomico expresst, cum tamen nullus unquam in statu naturali, uti ipse MALPIGHIVS fatetur, neque nudis, neque microscopio armatis oculis glandulas obseruare et detegere potuerit. Immerito igitur abs Te, Domine GOHLI, sequenter quaestionem moueri, existimo, cur RYVSCHIVS, agnoscendo glandulas congregatas, repudiet conglomeratas, cum conglomeratae sint congeries congregatarum, et sic inuicem mutuam relationem habere debant? O egregium et maximi momenti problema, ad quod solendum Oedipo opus est! Nonne, si glandulae conglomeratae ex multis minoribus congregatis componuntur, congregatae, hoc est, talia corpora, quae in fine capitil octaui descripsi, in conglomeratis debent adesse; quis uero, his in hepatc aliisque simili visceri deficientibus, ad glandulas conglomeratas eadem referet. Ac RYVSCHII mens non est, glandulas conglomeratas penitus negare, sed ille saltem eorum repudiat dogma, qui viscerum substantiam ex uasis et glandulis componi, statuunt, cum idem contrarium, nempe substantiam mere uasculosam, ope injectionis, canalibus materia ceracea repletis, ob oculos ponat et demonstret. His, uero in aprico positis, nescio, qua ratione homo sana mente praeditus possit statuere, viscera ex glandulis componi, ac glandulas congregatas et tormentosas arteriarum extremitates unum idemque esse, et differentiam, quae inter dictas partes constituitur, in solo uerborum

C

rum

rum lusu confistere. Scripta MALPIGHII, STENONIS, NVCKI et WARTHONI, qui ex professo de hac materia egerunt, ut legas, et distinctum Tibi de glandularum fabrica et differentia, conceptum formes, necessarium est. Sed quid abs Te desidero, impossibilia certe, nam cum, uti ipsi ingenue fateris, non quæas penetrare, qua ratione, per injectiones perbellè inuenta uiscerum fabrica, eaque ad oculum monstrata, negotium secretionis humorum possit procedere, multo minus genuinam glandularum fabricam atque earum discrimen addicces.

**C**ertius apparet fundamentum atque experimentum, quo natus BIDLOVS glandulas in naturali cerebri statu demonstrare annis fuit; canum aliorumque animalium cerebrum bene constitutum una cum oleo therebintinae coxit, coctione absoluta corpora rotunda, cleuata, partibus, quas glandulas dicunt, similia, ostendit. Antequam uero hic certi quid affirmemus, qualem effectum coctio, cumpromis cum oleo therebintinae peracta in cerebri substantia praefet, perpendendum; magis enim eminent turgentque feruentis adiumento aquae et olei dilatati, inflati, et repleti apices arteriarum earotidum tormentosi, iisque succo calido et oleoso infarcti glandulas mentiuntur. Non sufficit uero adesse corpora rotunda, eademque oculis patere, sed demonstranda in illis ea, quae glandulis a MALPIGHI tribuitur, et quam antecedentibus capitibus delineauit, structura. Melior et rationi magis consentanea est R VY SCHII sententia, qui instituta, in uasis cerebri, succorum varii coloribus praeditorum injectione, et omnibus canalibus repletis, totam cerebri substantiam uasculosam esse, omnibus glandulis destitui, ac liquorem, qui a ductibus, quos nutrit rigatque, nerueus dicitur, arteriorum ministerio apicum secerni, ob oculos posuit.

## X. IV.

**N**ec aliter idem cum negotio secretionis in pulmonibus, pleura, corde, pericardio, oesophago, uentriculo, intestinis, uaginali

ginali testium tunica, utero, vesica urinaria, hepate, cystide felie, liene, renibus, aliisque partibus, est comparatum, quibus GOHLYS pluris aestimans autoritatem MALPIGHII, quam RYVSCHEI demonstrationem anatomicam, glandulas tribuit, potius affingit. Non autem duntaxat tomentosae arteriarum extremitates cum glandulis confunduntur, sed frequentissime etiam papillae neroeae in partium superficie apparentes et prominentes, multis, glandulas ibidem statuendi, ansam dederunt. Hoc luculenter exemplo sic dictarum glandularum miliarium, subcutaneorum, quarum inuentor STENO dicitur, demonstrari atque illustrari potest. Multi et RYVSCHEI ipse olim in ea, eaque firmissima fuerunt persuasione, ueras sub cute glandulas, sudoris secretioni atque intensibili transpirationi destinatas latere; ast cum modo memoratus Anatomicorum Princeps, uasa sanguifera in binis cruribus tam felici successu repleret, ut undique tota corum superficies praecipue innumerabilis uascorum cera rubicunda refertorum multitudine ruberet, nullas glandulas subcutaneas, plures e contra papillas neroeas, albiantes, in obtusum elevatas apicem, et pilis enatis originem praebentes uidit atque annotauit. His demum perspectis, exploratis et demonstratis, RYVSCHEI subiungit: fateri cogor, me ipsum olim et saepe, credidisse non modo, sed et scriptis asseruisse, glandulas haec cutaneas esse, sed magis id egi praeecepit et abreptus autoritate omnium fere Anatomicorum, quam ueris experimentorum documentis.

## XV.

**H**aud paucos quoque in illum manifestum errorem induxerunt sacculi adiposi, seu receptacula pinguedinis, sub cute, uti Cl. BOERHAVE demonstrauit, haerentia, quae, quando ab aggraffata atque accumulata materia pingui crassiore intumescunt, protuberant, et in uariac tubercula indolis degenerant, corpora glandulis similia oculis nostris exhibent. Hac de causa ipse RYVSCHEI fatetur, quod inter cuncta argumenta, subcutaneas

C 2

gian-

(7) Aduersi, Med. Chir. Dec. I. obseru. 3. pag. 10,

glandulas statuendi, nullum applausu dignius occurrat, quam il-  
lud, quod a tuberculorum varia materia refertorum, quae to-  
ties sub cuticula ex ipsa cute se eleuant et protuberant, praesen-  
tia, defumitur. Spuria dehinc atheromata, melicerides et steato-  
mata generari obferuantur, quibus apertis et affectionis adiumen-  
to remotis, nihil praeter folliculum, quod ad glandulas perti-  
neat, deprehendimus, manifesto indicio, vesiculos horum tuber-  
culorum, esse illa ipsa receptacula, quae materiae pinguis collectio-  
ni et afferuationi destinata, quandoque ob illius copiam et con-  
densationem in maiorem molem ex crescunt.

## XVI.

**N**on absque sufficienti ratione dico, spuria steatomata hoc modo produci, cum folliculus, in quo materia sebacea inclusa continetur, dicto tuberculo non propria, sed aliis partibus communis sit; quod probe tibi, Domine GOHLI, inculcandum, quia, video, eum, quem habes de steatomatis conceptum, admodum confusum esse. Euolus tum ueteres, tum recentiores Chirurgos, omnes unanimi confent, essentialia steatomatum signa, tum a folliculo, quem proprium illis dicunt, tum ab inclusa materia sebacea deducunt. Confundis ita maximopere Dn. GOHLI, steatomata cum omnis generis tumoribus, dicens: <sup>a)</sup> quod eadem per uascula subcutanea cum reliquo corpore sint continua; nonne hoc de omnibus tumoribus, qui toto coelo steatomatus differunt, dici potest? et qua ratione dicere possum, folliculum huic excrescentiae esse proprium, quando idem cum aliis intimum habet commercium Alterum steatomatum signum, a nutritione, quam per internam, ope vasorum factam succorum distributionem fieri, afferis, defumptum. Sed cum ne quidem genuinam significationem, quam uocabulum excrescentia obtinet, perspectam habeas, et modo excrescentiam appelles idem, quod cum parte, in qua reperitur, continuum, <sup>b)</sup> modo polypos ad earum classem referas, qui cum partibus neutiquam continui sunt, quivis Tuam tum

<sup>a)</sup> Act. Berol. Dec. I. Vol. 9. p. 33.

<sup>b)</sup> Lib. cit. p. 30. sub \*

inficitiam, tum absurditatem animaduertit. Nec operae pretium, unicum adhuc addere uerbum, cum ad amissim doctrinam excrecentiarum cysticarum ET M VLLER VS c) explicauerit. Aliena enim haec et longius remota sunt a scopo nostro, cum alia penitus praesentis controversiae sit causa; Tu quippe, Domine GOHLI, affiras: nullos in arteriarum principio polypos posse generari; ego uero affserui et constanter adhuc affero: eadem ratione, uti steatomata in dicto usorum genere producta fuerunt, et polypos ibidem posse produci. Adfuisse in aortae principio allegatas excrecentias, atque easdem ibidem genitas fuisse, nostra demonstrat obseruatio; maiorem adhuc excrecentiam in dicto canale excitatam haesisse, R V S C H I V S d) docet; ualuulas et ipsam substantiam arteriarum, mox circa exortum e corde, in cartilagineam, oleam, et lapideam substantiam transmutatam fuisse, passim ex historiis medicis discimus e); imo polypos ipsos in aorta inuentos et genitos fuisse ALEXANDRI KNIPPSMACOPPE epistola ad CAROLVM PATINVM exarata confirmat. Sed spurium hunc polypum appellas, propriam iterum turpitudinem et inficitiam prodens; spurius enim, fanguis coagulatus, qualem, spiritu uitrioli in uenas animantis iniecto, impetramus, dicitur, uti per eleganter idem IOH. MAVR. HOFFMANNVS f) explicat. Haec uero, qui usi fuimus, argumentandi methodus, Tibi admodum displicet, perhibenti, polypos hoc modo cum steatomatis confundi. Sed, num Tuam stupiditatem uel impudentiam accusare debeam, dubius omnino haereo? Quod accuratam distinctionem polyporum et steatomatum suppeditauerim, ipse in Actis Berolinensibus fateris, et propriis meis uerbis probas. Quis autem confusionis aliquem arguet, quando diuerfis excrecentiis unum eundemque locum natalem tribuit? nonne, uti Tibi iam in dissertatione epistolica Anthropologiae praemissa indi-

C 3

caui,

c) Oper. Med. Tom. II, Chir. Med. Membr. VIII. p. 1242.

d) Obseru. Anat. Chir. Cent. Hist. 37. p. 50.

e) vid. Bartholinus Cent. I. Hist. 50. Misc. Nat. Dec. I. A. 3. obs. 282.

Ruyshius obs. An. Chir. Cent. hist. 69. p. 89. et 90.

f) Disquis. Corp. hum. An. Pathol. Specim. 12. §. 18, p. 178.

cati, uno eodemque loco, steatomata, melicerides, polypi, calculi, aliaeque plures huiusmodi excrescentiae possunt generari? nonne eadem, tum in corde, tum in cerebro, tam in arteriis, quam uenis fuerunt inventae? Cum allegatum exemplum Tibi cognitu adhuc difficile sit, uti ex tua responsione elucescit, magis perspicuo Tibi succurram; hoc itaque modo, si assero, **GONLIVS** et canis in uno eodemque lecto decimbera et commorari possunt, quis dehinc regeret, quod **GONLIVS** cum cane a me confundatur? eadem ratione nullus cum sanae rationis suffragio affirmare potest, quod, dum statuo, polypos pariter et steatomata in aortae principio posse generari, utraque excrescentiarum species inter se confundatur, ut iam silentio transeat, plures easque satis praegnantes rationes, quibus Tibi iam responsum, ne crambem decies coctam, laudibili Tuo more proponere uidear; nam hoc Tibi admodum familiare, rem iam penitus explosam, multoties repetere, quo dum Tibi desunt solidiora, aliquid nihil fecius dicas; praeterea regiam deferens uiam nullum tenes ordinem, praecipua momenta ne attingis quidem, sed inni lacefendi pruritu incitatus modo haec, modo illa oppugnare aillaboras, insistens eorum uestigii, qui fuarum rerum minus gnari ad diuersa ignorantiae asyla configunt, et imperitis fucum obducere student.

## XVII.

**H**oc, si non aliunde constaret, ex eo abunde demonstrare possum, dum inficias ire gestis, quod ex una eademque materia, tum polypi, tum steatomata possint generari; nam siue principium rationale has excrescentias formans constitutam, siue earum originem a causis mechanicis et mere materialibus deducam, non perspicere quo, quid impedit, quo minus ex materia sebacea, tum corpus rotundum membrano propria inclusum, tum fibrosum et multis radicibus, tanquam pedibus instructum gigni queat; polypus enim, excrescentiam filamentosam ex quauis materia productam denotat, uti ipsa huius uocabuli origo et genuina significatio innuit. Quod quoque **Ioh. MAVR. HOFFMAN-**

NVS

NVsg) sequentibus usus corroborat; ad haec cor praeter natura-  
lia etiam contenta sensui usus exhibet, inter quae saepius ob-  
uenire solet polypus, concrecentia mollis, tenax et uiçosa, vari-  
ae formae, modo aequalis et obscure fibrosa, lardo tenaci, albumi-  
ni inspissato, aut medullae ossium coctae similis, modo filorum  
multorum vario ordine inuicem superinductorum, aut membranarum plurimarum se inuicem, uti pelliculae cepacum inuoluentium  
specie conspicua, plerumque oblonga et teretia, rarius globosa,  
in exigua aut magnam longitudinem extensa. Nec sufficit,  
abs Te negari polyporum sebaceorum existentiam, cum existi-  
mes, pituitos pro sebaceis male fuisse habitos, sed ipsi met fa-  
teris, quod hi polypi externam speciem lardum fracidum vel  
pinguedinem lucidam referentem habeant; similis certe est ma-  
teria, quae in steatomatis reperitur, non enim perfectum sebum,  
sed similem sebo materiam in sacculo inuenimus; evolue modo,  
Domine GOHLI, autores, qui de his scripserunt, uberior Tibi  
informatio, que maxime eges, subministrabitur. Admodum debili-  
quoque est ratio, qua suffultus polypus sebaceis pituitos  
substituis, materiam enim, ais lardum vel sebum referentem.  
si aer exponatur, exarescere, instar muci screatae projecti; egre-  
gium certe experimentum! nonne quotidie obseruamus, omen-  
tum alias pinguiores partes in aere suspensas, eadem quoque  
ratione aridas et rigidas euadere; deneganda hinc, ex GOHLII  
mente, his pinguedo, eiusque loco mucus illis attribuendus? nonne  
quotidie in Chirurgia obseruamus, quod sic dicta steatoma-  
ta, sectionis ope ablata, eadem pariter methodo exsiccantur? nonne  
hoc modo dictas excrecentiae et sebacearum catalogo essent de-  
lendae? Vide et perpende, Domine GOHLI, quam elegans,  
quam ingeniosa, quam solida sit Tua argumentandi ratio. Cum  
haec omnibus et ipsi met Tibi sint in confessio, nihil fecius urges,  
abs Te nunquam vobis esse polypum sebaceum, nullamque Ti-  
bi notam obseruationem, illius existentiam probantem; ast qualis  
fuit

g) Disquis. Corp. hum. Anat. Path. Specim. 912, §. 17. p. 176.

suit polypus, cuius Actis Berolinensis<sup>b)</sup> fit mentio? omnibus penitatis circumstantiis, sebaceum fuisse, cognoscimus. Et praeterea, si Tibi adhuc huiusmodi obseruatio nondum cognita perspectaque, si Tu huiusmodi polypum nondum uidisti, ergo nulli unquam in corpore humano inuenti fuerunt, atque eorum generatio impossibilis est, tua certe ignorantia non simul afferit rei existentiam.

## XIX.

**E**a, quae iam commemorata, abunde docent, Te utique in necessariis Medicinae dogmatibus hospitem esse, restant adhuc multa, quae probant, Te omnis studii elegantioris omnisque Philosophiae expertem minus sufficientes vires ad controvexas solidè dirimendas possidere. Si omnia perquirere uellem, Augiae certe stabulum mihi esset purgandum; tuum enim scribendi genus tam abiectam, tam sordidum, ut eodem epistolaec obscurredum niorum merito auerteri atque illustrari possent. In huius rei testimonium adduco ea, quae Actis Berolinensis<sup>i)</sup> tum ex meo, tum ex tuo allegas scripto, ibidem enim de polyporum ex uenis in cor et ex corde in arterias deriuatione differens his uteris verbis: *ich halte aber davor, der in venis gesteckte polypus, sey durch einen effect der saugenden Bewegung wo los gerissen, und mit dem Zurück fließendem Blute sub diastole auch Zurück geschlupft, und mit dem wiederfortfließendem, sub systole cordis vor die arterien gerathen. Hic ad tria respiciendum, polypi primum a uena per ramos cum illius tunica cohaerentis auulsionem, eiusdem deinde ad cor in diastole constitutum cum sanguine deriuationem, et tandem polypi ex corde systolen exercente in arterias propulsionem illarumque obthurationem.* Quanquam haec sedulo obseruauerim in dissertatione mea de stenomatibus, nihil feci, allegato loco et pagina Actorum Berolinensis perhibes, quod uel absurdissima Tibi imputare uelim, cum tamen tam absconda ne quidem excogitari possint,

b) Dec. I. Vol. IV. p. 66. et 67.

i) Dec. II. Vol. 9. p. 40. et 41.

possint, quam quidem committis, uel me non intelligere eorum, quae iam adduxi, uerborum sensum; mirum mihi plane non uidetur, quod hac loquendi formula utaris, cum, uti iam antecedenti scripto Anthropologiae praemiso demonstravi, ne quidem pronominis, hic, haec, hoc, significationem, intelligas, multo minus alsequeris, quis sit genuinus uocabuli, separare, sensus; nam polypos a uenis, quibus affixi erant, auiulos, uel solutos, uel, uti egomet locutus sum, separatos, (quia auiuio absque separatione non fieri potest,) per sanguinis motum ad cor in diastole constitutum deriuari, et per eiusdem systolen in arterias protrudi, atque easdem occludendo, et circulum sanguinis sufflaminando, repentinam mortem inducere, ea, quae supra ex Tuo tractatu, allegauit, uerba, luculenter demonstrant. Cum igitur, iuxta propriam confessionem, haec non queas penetrare, hoc genuinum meum est consilium, ut Iudi puerilis moderatorem adeas, qui Tibi uerba mea, secundum regulas Grammaticae artificiales resoluendo atque explicando, quis sit uerus eorum sensus, Te doceat.

## XIX.

**S**atis nunc demonstrata glandularum in plurimis visceribus absentia, et euicta polyporum in arteria aorta praesentia et generatione, reliqua, quae simul, (quo paginas replere possit,) sub censuram G O H L I V S uocauit, examinanda. Primo autem a me probandum, quod STAHLIVS Anatomiae culturam respuat, sibi contradicat, et animas plus, quam decet, attribuat. Quod STAHLIVS Anatomiae studium contemnat et dissuadeat, docent ea, quae in Praefatione Anthropologiae saepius iam allegata, ex dicto auctore k) adduxi; nam si Anatomiam inter eas res refero, quae e Medicina arcenda; si, uti ipsa STAHLII uerba se habent, nego, quod ex uniuersa structura et textura partium organicarum quicquam sublit, quod uere ad Medicum pertineat; si nego, quod talis cognitio anatomica partium, medico ad scopum mendendi, restituendi, reparandi, praecoccupandi et refaciendi, eximiam utilitatem

D

litatem

k) Tr. de Alienis e Medicina arcendis p. 18.

litatem afferat; nonne hoc modo aspernor anatomiam? nonne  
hac ratione Studiosos Medicinae ab illius cultura auoco, quod  
certe minus necessarium, cum iam plures illius taedio occupati  
teneantur, unde quoque causa in promptu est tam eleganter elab-  
oratarum et solidarum relationum medicarum, tyrone penitus  
indignarum, quas multi STAHLII sectae addicti Facultatibus  
Medicis transmittunt.

## XX.

**H**oc de omnibus STAHLII affectis minime dictum uolo,  
nam duplex eorum genus occurrit, alii enim commodi et  
promotionis causa, quamquam rem melius sciant, in scriptis eo-  
rum cum illo faciunt, in medendo autem ducem rationem atque ex-  
perientiam, sequentes, ab eodem dissentunt; alii uero omnium  
rerum genuino Medico scitu necessariarum imperitio laborantes,  
in reddendis morborum et sanitatis causis, ad animae in corpus  
potentiam, commune illud ignorantiae medicae asylum, confu-  
giant. Ad quam uero classem Tu Domine GOHLI, sis referendus,  
Tuae electioni atque aliorum iudicio relinquo. De hoc saltem eno-  
dando occupatus ero, ut ulterius STAHLII in Anatomiam odium,  
et hic commissam contradictionem ob oculos ponam. Haud recte  
tuas tueris partes, dum in defensione STAHLII Anatomiam re-  
spuentis, ad illius dissertationem de uena portae porta malorum con-  
fugiens afferis: ex eadem constare, Anatomiam a STAHLIO non con-  
temni, potius commendari, cum idem, eo, quem adduxi, loco,  
saltem anatomiam curiosam et circa minima uersantem intelligat.  
Ait legas et examines uelim, Domine GOHLI, ipsa STAHLII uerba,  
dicentis: quod ex uniuersa structura (non hic fit mentio curiosae et  
minima rimirint anatomicae, sed de fabrica corporis in genere dif-  
ferit STAHLIVS,) structura inquam, quicquam subsit, quod  
uene ad Medicum pertineat; nonne ad uniuersam structuram etiam  
uenae portae fabrica et mira illius per hepatis distributio referen-  
da? nonne, si ex uniuersa structura nihil subsit, quod ad Medi-  
cum pertinet, idem quoque de uena portae et illius examine ana-  
tomico pronunciatum? nonne, uice uersa, si uenae portae no-  
titia

titia eximum usum Medico praefstat, idem emolumentum a reliquarum partium cognitione anatomica expectandum? nisi quis uniuersale ignorantiae medicae asylum in uena portae obstructa, aut alia ratione laesa, constituere uellet. Quomodo uero haec duo contraria conciliari possunt: 1) quod cognitio anatomica totam respiciens machinam humanam, uti STAHLIVS loco adducto loquitur, nullam eximiam utilitatem Medico afferat; 2) quod uena portae anatomiae adiumentum examinata et perspecta plurimum, tam ad cognitionem, quam curationem morborum contribuat; manifesta certe contradictio hic a STAHLIO committitur. Praeterea, cum tantopere praeiudicio autoritatis Stahlianae quali fascinatus sis, ut praeter *τὸν ἀντρός ἔθος*, nihil scias, nec uerearis pronunciarē: Te nullum legisti scriptum, quod contradictionibus non sit refertum, exceptis Stahlianis. Per pauca forte, aut nulla legisti, et legens eadem non intellexisti. Quod STAHLII scripta attinet, praeter illam, quam modo commemorauī, plures adhuc contradictiones ex illis tibi suppeditabo, ita ut admodum facile sit, nugas hafce ex ipso autore refutare. Ita satis superque notum, quod STAHLIVS ab anima, tanquam corporis inspectore et directore, omnes actiones, tam naturales, quam praeter naturales deducat; cum uero eidem atque illius affectis obiectio formaretur, quomodo anima corporis actionibus, quarum penitus ignara est, praesse, easdemque gubernare posset, uario modo ex his difficultatibus se extricare allaborauit, modo affirmans: animam motuum uitalium conscientiam esse, modo ipsi eandem notitiam penitus denegans, omnia, inquit STAHLIVS, /) quae in uitalibus actibus, ne dum animalibus recte geruntur, motu geri agnosco, illam uero initiam omnino arbitror notitiam, quibus rebus gerendis ipsa destinata sit, et ad illas gerendum necessaria facultate instructa, iam, si energiae motuum conscientia, quod certe est iudicij obiectum, non potest ignara esse proportionis inter energiam motus et habilitatem subiecti motu afficiendi seu motus et mobilitatis. Quam pa-

D 2

rum

;) Sciamachia (uerē tali, quia nil nisi inania continet uerbā,) pag.  
190.

rum autem sibi ipsi constans sit STAHLIVS, ex pluribus locis scriptorum eius, quae antecedenti opinioni omnino contraria sunt, constat; nam ita idem sterilem appellat <sup>m)</sup> obiectiōnēm, quod ratio humana horum actuum aequē ac effectū sibi nihil conscientia sit, cum satis constet, eandem etiam in notoriis suae directionis negotiis de modo agendi aut fieri, nihil omnium cogitare, sive sibi praefigurare. Alio denique loco, <sup>n)</sup> quam parum, inquit, haec difficultas obstat ipsi veritati facti, colligi et cognosci potest ex his rationibus; quod anima nullius rei conscientia esse posset, praefiguratione phantasticæ, aut recordari seu meminisse, (phantasia iterata) nisi talium, quae figurations crassiores et locales crassiores motus subeunt: quales autem tam partes tenerimae, per quas motus procedit, quam actus ipse motus, qui in has inducitur, non admittunt, aut illis quadrant et respondent. Non modo hic sibi ipsi contradicit STAHLIVS, sed etiam sanac rationi repugnantia proponit. Quis, dum ratiocinatur, bona a malis se iungit, aliquid defiderat, uel aueratur, quod anima tunc sibi non sit conscientia, cum veritatis suffragio afferere potest? Quis non in semetipso experitur, haec ab illo crassa praefiguratione fieri. Concedamus etiam, quod tamen ab ipsis rei genio abhorret, animam nullius rei sibi conscientiam esse, nisi illius, quae figurations crassiores et locales crassiores motus admittit et subit, quid, quocto, impedit, quo minus et idem in canale alimentorum, cerebro, corde, pulmonibus, hepate, aliisque visceribus fiat, adeoque motuum in illis partibus evenientium anima conscientia reddatur? reperiuntur hic pariter nervi, sensus instrumenta, adest succorum ad nervos allidentium motus, nihil penitus, quod ad hoc negotium requiritur, deest, ubi iam haeret animae potentia? ubi insita illius notitia? ubi prudenter actionibus uitalibus prospiciens?

## XXI.

**Q**uo igitur aplausu, quo rationis suffragio, cum inscia, imo inuita anima, circulatio sanguinis, secretio animalis, aliaeque actiones?

<sup>m)</sup> Dissert. de Frequent. morb. in corpore humano pro brutis th. 96. p. 34.

<sup>n)</sup> Sciamachia. p. 105.

actiones uitales fiant, dicere possum, quod eadem sit principium agens, corpus, tanquam mere paßuum, formans, formatum, tam in fano, quam morbo statu dirigenſ. Hanc virtutem nihil feci-  
us animae STAHLIVS cum cœcis illius affectis tribuit; si vero generationis, nutritionis et totius sanitatis negotium consideramus, si morbos, eorum originem, sedem, causam materialem et metho-  
dum medendi examinamus, quam injurius in artem salutarem,  
STAHLIVS sit, fatis perspicere possumus, milique ipſi multis  
exemplis misere ab eodem curatarum febrium innotuit. Obiici-  
tur vero, qua ratione corpus absque directore formari, forma-  
rum conseruari queat? unde STAHLIVS expressis uerbis afferit,  
quod anima generationem corporis suscitet et absolutat; sed quis  
adest in plantarum et arborum germinatione et suscitatione ar-  
chitectus? quis praecipue negotio generationis in gallinis aliisque  
brutis? cur semine virili male constituto fruſtra suscipitur co-  
itus, fortasse anima tale uochiculum auersatur? quid impedit gene-  
rationem, quando glandulas prostatas croſas sterilitas sequitur, in  
illis forſitan partibus Stahliana refedit Natura, atque inſdem de-  
structis, simul corruptionem pafsa est? cur defientibus ouulis  
maturis, generatio non procedit? quomodo potest sterilitas per  
remedia curari? unde habet anima notitiam corpus conſtruendi,  
cum eadem organis deſtituta, nullam ideam, nullum conceptum  
de uilla re ſibi formare queat? ubi manet anima, utero, cum li-  
quore genitali virili, communicata, quando ouula uera et matura de-  
ſunt, aut eadem ad uterum, ob tubas Fallopianas coalitas, non deuolui  
poſſunt? fortassis anima de illarum rerum defectu iam habuit praegu-  
ſtum & domi manſit, aut nihil inueniens, ex quo hominem conſtrueret  
poſſet, matris animae ſuppetias tulit. Et de nihilo penitus eft STAHLIVS  
argumentum a primi creatione hominis deſumptum; nam, ut ta-  
ceam, ab eiusdem conſtructione ad posterorum productionem  
non eſſe concludendum, quia illud opus mere diuinum immedi-  
atum, hoc autem mediatum; ut porro taceam, hic eam facultatem in  
hominum productione animae tribui, quam exſeruit in prima  
creatione DEVS, hoc praecipue attingere atque examinare fas  
et acuum duco, quod STAHLIVS perhibeat, cum commu-  
nicata

nicata anima, etiam uitam sua sumisse primordia; licet concedam, per τὸ θεῖον animam hominis rationalem intelligi, quid inde? nonne iam constructus erat homo, et omnes partes iam formatae? praeterea fide haud dignum, antea machinam mere immobilem, uel meram statuam adfuisse, iam aderat circulatio sanguinis et uita uitalis, quo uero et uitam rationalem agere posset homo, Creator omnipotens spiritum perfecta prudentia imbutum suggerebat, qui praeceps actionibus oeconomicis et politicis. Ingenue fateor, nullam adhuc prostare de generationis negotio opinionem, quae mihi satisfaceret, interim tamen inter eas omnium uilissimam et approbatione nulla dignam STAHLIANAM esse hypothesis, ex antecedentibus satis liquet. Generatio opus est admirandum, benedictioni diuinae in acceptum referendum, quod pie potius reuereri, quam audacter argutari decet, ita, ut merito cum Iob o) exclamare teneamus: manus Tuæ, (*non Stahliana Naturæ,*) fecerunt me et formarunt me totum in circuitu. Nonne sicuti lac mulisti me, et sicut caseum me coagulasti, pelle et carnibus uelfisti me, ossibus et nervis compegisti me.

**H**is in aprico positis, superuacaneum duco, multis argumentis animae impotentiam in gubernandis, emendandis et conservandis actionibus uitalibus demonstrare; cum enim iam quietum, quod eadem nullam initiam, de commemoratis corporis functionibus habeat notitiam, atque earum penitus ignara sit, hoc præsertim maxime absolum, et tum a fana ratione, tum ab experientia longissime remotum iudico, quod STAHLIUS animae, tanquam principio rationali, actiones a ratione maximam partem alienas tribuat. Hic tantopere idem titubat, ut iam cum ratione, iam sine eadem, animam, corporis actiones administrare, pronunciet; nec ueretur asserere, quod anima motus vitales, quamquam eosdem cum ratione non sulpiciat et perficiat, irrationaliter tamen non dirigit. p) Eandem sententiam Tu quoque for-

<sup>a)</sup> cap. 10. u. 8. usque ad 10. conferatur quoque Epist. Pauli ad Corinthis 1. cap. 15. uer. 38.  
<sup>p)</sup> uid. Stahlius Physiol. p. 218.

ues, Domine GoHlii, ubi anima, dicens, quod) ab actibus rationis abstracta uitali oeconomiae unice prospicit, omnia suo ordine, suo loco, suo tempore, decenter et pacate agit, ut ipsa sibi multo-  
ties sine Medico sufficiat ad obtinendum praefixum finem. Con-  
sideres, queso, coecitatem et dementiam, in qua uersaris, sine  
rationis adiumento omnia ab anima sapientissime peragi, affirmas,  
cum tamen paulo inferius perlubeas, quod eadem ex arbitrio,  
causam, petechias, hecticam et similes morbos inducat; indices  
mihi uelim, qualis hic ordo animae, omnia suo loco, suo tempo-  
re, decenter et pacate agentis? ubi nam ratio animae, forsitan cer-  
tae parti eandem mutuo dedit, quo suas actiones eo melius per-  
ficeret posset? et quomodo anima abstracta ab actibus rationis  
omnia suo ordine, suo loco, suo tempore, decenter et pacate,  
hoc est, prudenter, agere potest? Perinde est, si dicerem, GoHli  
Livs delirio laborans sapientissime quaevis instituit et perficit.  
Vbiique hoc modo in STAHLII et Stahlianorum scriptis animae  
prudentia in gubernandis actionibus uitalibus extollitur, praeci-  
pue laudatur eiusdem intentio plethoram inducens iam inductam  
haemoptysi diminuens, atque ab omnibus unanimi affirmatur  
consenit, animam consilio prudentiae pleno hic operari. Si ita-  
que adhibita praemeditatione, ex arbitrio, has illasue causas mor-  
borum, ipsosque morbos excitat, uel anima ipsa, quicquid agit,  
nec percipit, nec intelligit, uel rationem amilit, aut mutuo dedit,  
uel Medeae uestigii meliora uidentis et probantis, aut deteriora  
sequentis, inheraret. Mirandum sane, quomodo homines sana  
ratione praediti tam absconas opiniones fouere, proponere et  
defendere, atque alios conuitiis lacefere possint, qui hasce quisqui-  
llias, non tanquam oracula, suspiciunt. Primum excitat anima;  
ex mente Stahlianorum, Plethora, uariorum et grauissimo-  
rum causam morborum, deinceps eadem ad sanguinis abundantiam  
diminuendam, et symptomata exinde metuenda praecaen-  
da, sanguinem per motum tonicum in maiori copia ad pul-  
mones propellit, uasa disrumpit, haemoptysin excitat; cur hic  
inducta haemoptysis in primis causam curruptionis habet, illatenus

g) Act. Berol. Dec. II. Vol. IX. p. 60.

Natura Stahliana fluxum haemorrhoidalem non procurat? cur eundem non inducit, quando hominem apoplexia sanguinea occupat?

XXIII.

**Q**uali igitur fundamento methodus medendi Stahlianorum innitatur, dilucide ex antecedentibus perspicere possumus, suppeditatur nobis quoque ratio, cur tam multi hodie ad STAHLLI castra transeant; cum enim praesenti tempore multi omnium studiorum expertes, atque in ipsa etiam Medicina rudes, Doctoris Medicinæ titulo superbiant, et partim Stahlium non intelligent, partim speciem eruditioñis prae se ferre geltiant, asylum ignorantiae in Natura Stahliana quaerunt, et empiricos agunt. Iniquum penitus est, Tuum, Domine GOHLI, de Medicis mathematica principia sequentibus iudicium, illi quippe, nec sensum, nec intellectum, nec voluntatem, uti Tu satis proterue de illis pronuncias, machinis, sed suum cuique, tum animae, tum corpori tribuant, et sanam rationem atque experientiam sequentes omni modo hominum incolumitatem promouere student.

XXIV.

Pauca adhuc restant, quae ad Tua corollaria regerenda; pri-  
mum, ais, contra Chymiae fundamenta esse, sanguini sal-  
cali atque acidum tribuere; haec autem iam satis explicata sunt in  
dissertatione mea, de uestri temperamenti in humano corpore  
absentia; sanguis enim humor maxime heterogeneus, ex variis con-  
stat particulis, quas tam naturalis, quam praeternaturalis status phae-  
nomena manifestant. Quo minus itaque salis acidi alcalinique in  
sanguine praefentiam negemus, docet quotidianus illarum rerum, quae  
dictis salibus abundant, usus de quarum indole tota massa sanguinea  
omnesque ex ea separati succi participant. Probant idem tot  
et tam discrepantis genii succi et sanguine secreti, alcali et acidum  
experimentis chymicis examinati, suppeditantes; nonne hac ratione  
ex bile copiosum sal alcali acquirimus? et quis lactis et sanguine se-  
creti principia, examinans de acidi in sanguine praefentia dubitabit?  
Scio quidem, multos asseruisse, nec sal acidum, nec sal alcali sanguini  
naturali inesse, sed neutrum, ammoniaco simile; at enim nero illi

fibi penitus peculiarem statum naturalem fingunt, nec causam ab effectu distinguere norunt; quibus certe homo certa dyserasiae specie iam ab ipsa conceptione laborat, quae tam diu in corpore occulta haeret, quoisque eadem per accelsum similis materiae, incrementum caput, auctaque tam mala succorum qualitate, quam quantitate, in actum deducitur. Et ne aliquis putet, nos hic solis initiationibus, atque ab omnibus experimentis imparatos esse, ad ea prouoco, quae Cl. VIEWSSENIVS adduxit, ille enim iam dictorum falso in sanguine existentiam, in epistola ad Facultatem Medicam Lipsiensem, propositis experimentis, probauit. Deinde, cum mihi uis contradictionem imputare, me non intelligis, dico enim, quod anima habeat ius in corpus, et uice uersa, corpus in animam; et reuera, uti ex morbis corporis, affectus mentis excipientibus, atque ex alienatione mentis, uitia corporis sequente, constat, animae non denegandum ius, corpus afficiendi, nec corpori potentia, alterandi actiones mentis, deroganda, idem uero ab intima triusque substantiae combinatione deritandum; nam longe aliter certe se res habet, quando aliquid ab anima, tanquam causa illud percipiendo, iudicando, determinando, peragitur, aliter autem idem est comparatum, quando propter mutuum animae cum corpore commercium, aliquid evenit, cum in primo actu anima agnoscatur tanquam causa efficiens, hoc uero, ex necessitate unionis & hanc sequentium legum proueniat. Tuam denique in scriptis HIPPOCRATIS ignorantiam prodis; si Hippocrates, dicas, perspectam habuit secretionem humorum, necessario etiam illi notus fuit circulus sanguinis; video quidem, quid hisce verbis uelis innuere; me enim asseruisse, Anthropologiae capite trigessimo quinto, paragraphe quarta, perh[ibet], quod HIPPOCRATES habuerit notitiam secretionis humorum; iam uero, cum secundum Tuam in scriptis Hippocratis inficiam, circulus sanguinis Diu Coo ignotus fuerit, hinc eundem quoque latuisse secretionis animalis negotium, concludere gestis. At primum hoc tenendum, quod allegato loco, ne unico uerbo, secretionis mentionem faciam, sed de calido innato, quod βιολύχνοι veteres uocabant, loquar; illud dein ceps merito hic regerendum, quod non modo secretionis negotium, sed ipse etiam circulus sanguinis, quamquam non tam exacte, uti recentioribus, HIPPOCRATI iam cognitus perspectus que fuerit, prouti in dissertatione de uestigii circuli sanguinis apud HIPPOCRATEM, propediem demonstrabo.

T A N T V M .

NOBILISSIMO ET CLARISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI  
AUDITORI SVO SOLERTISSIMO  
PRAESES

Rera merito auis Artis Salutaris Cultor studiis elegantioribus instructus et solidiori Philosophiae culturae deditus praedicatur. Quo minor uero huiusmodi Philitatrum numerus, eo maiori in prelio eos, qui horum catalogo annumerandi, habere decet. Et hac quoque praecipuae sunt rationes, quibus commotus, Te, Nobilissime Domine Fritschi, tantopere astimo. Tuosque, quos tam in Sapientiae, quam Medicinae studio fecisti, progressus, suspicio. Nam, quod ingenio fateri temeror, morum tum suavitate, tum doctrinæ præstantia, omnium, qui Te norunt, fauorem atque amorem conciliasti. Non sine insigni tuliprate, Tuam, quam in examinibus et disputationibus publicis et priuatis, promititudinem et peritiam, demonstrasti, in memoriam reuoco. Nec bis acquisendum putas, sed iam quoque medicam ascendens cathedram publicam Tuue sedulitatis specimen edis. Rem suscipis laude omnino dignam, de qua Tibi ex animo gratulor, et quaevis prospera apprecoando, Te omnibus de meliori commendando, certissima nifus spe, Patriam in Te aliquando Medicum uere Doctum habitusram. Dabam Vitem  
bergae. D. XXIX. Aprilis.

M V T I A T

61111 CC XXXI,





Uf 2421

(x228 A38)

M




LI SANGVINIS

autem tardius et cum difficultate

Ab imm

6



DISSESSATIO MEDICA  
DE  
**GLANDVLARVM**  
IN  
PLVRIMIS VISCRIBVS ABSENTIA  
CONTRA  
ACTORVM BEROLINENSIVM  
AVTOREM  
VBI SIMVL ALIAE HYPOTHESES STAHLIANAE REFVTANTVR  
QVAM  
P R A E S I D E  
**CHRISTIANO GODOFREDO  
STENTZELIO**  
TORGAVIENSI  
ARTIS SALVTARIS ET PHILOSOPHIAE DOCTORE  
FACVLTATIS MEDICAE ASSESSORE ET CHIR-  
VRGIAE PROFESSORE PUBLICO  
D. H. MAII CIO 15CC XXXI  
IN AVDTORIO MEDICORVM  
HORIS CONSVETIS  
P. P.  
**JOANNES GODOFREDVS FRITSCHIVS**  
PIRNENS. MISN.  
ART. SALVT. ET PHILOS. CVLTOR.  
VITEMBERGAE, STANNO SCHLOMACHIANO.